

479

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,
DE
**IMPOSTURA
OPII,**

1707 198

22

Quam
DEO BENEDICENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO CETERA,
IN ALMA FRIDERICIANA
CONSENSU ET AUTORITATE ILLISTRIS ET GRATIOSIS-
SIMÆ FACULTATIS MEDICÆ,

PRÆSIDE
DN. GEORGII ERNESTI STAHL,
MED. D. ET PROF. PUBL. ORD. h. t. DECANO.

DN. PATRONO, AC PRÆCEPTORE OMNI OBSER-
VANTIA DEVENERANDO

PRO LICENTIA,
Jura & Privilegia DOCTORALIA, majorum more,
assumendi,

Publice stabilitum ibit,

Ad d. Juli MDCCVII. horis ante & pomeridianis
JOHANNES GEORGIUS Brunschwiz,
VRATISL. SILES.

HALÆ MAGDEB. LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYP.

480

ALLEGORIAS
OPHI

DE HISTORIA MUNDI
HISTORIA MUNDI
HISTORIA MUNDI


DE GORGH GREEKISCH
GREEKISCH

DE ALEXANDRIANIS
ALEXANDRIANIS

DE ALEXANDRIANIS
ALEXANDRIANIS



PROOEMIUM.



Nter multos ac varios
errores temerè inconsulteque viven-
tium, nihil propemodum dixerim no-
centius, quād quod beneficiæ nec da-
re scimus nec accipere; Verba sunt
SENECÆ, quibus prolixam illam
Doctrinam de recte administran-
dis Beneficiis orditum. Si ille, quod profecto facit, sa-
tis bono jure, universo hominum generi insignem hanc
inconsiderantiam tribuit atque imputat; Et in primis
ex illo fundamento æque, atque argumento, quod hu-
jusmodi insignis error circa Beneficiorum decentem
collationem, ab illa temere & inconsulte vivendi ratione
dependeat, quæ toti hominum generi familiaris esse
svererit: Puto nobis vitio verti non posse, si ab hoc eo-
dem principio, etiam in particulari quadam rerum hu-
manarum administratione, damna aliqua arcessamus, quæ
in vitam atque sanitatem, ex inconsulta & temeraria me-
dicandi ratione, ingruere atque redundare sentiuntur.
Sane vero, uti consilio & circumspectione digna vide-
tur res Vita humana; illam tamen interim inconsulte
potius transfigi solere, Noster arguit: Ita etiam alienæ

A 2

qua-

quasi vitæ moderamen, tanto facilius inconditæ hujusmodi Temeritati exponi, ut quæ ad illam pertinent, minus provide atque decenter peragantur, tanto minus mirum, ne dum minus dubium esse posse, merito judicamus. Quam vellem autem vanum esset, imo mendax hoc Judicium! quanto magis utique optandum esset, ut unus potius homo vel falleretur, vel omnino salleret, salvis atque integris reliquis, quam ut ex adverso in plures hoc opprobrium vere quadraret. Interim, cum non sic, sed ita constitutas res, plus quam expeditat cognitum existere, confidamus, non destituimus Philosophi querelam, & ut alibi, ita in hanc etiam partem *inconsultata temeritate* non raro peccari, omnimodo affe-
veramus. Ne quis autem etiam hac ipsa re, *temere* solum & *inconsiderate* nos ipsos agere incuset, placet e multis hujus censu exemplis, quibus inquam aliena vita minus consulte administratur, illud solum in scenam producere, ubi incondita veluti indulgentia, imo jam quasi manifesta, sed bonæ intentionis, jam occulta, & revera malitiosa, **FALLACIA**, necessitatibus vitæ male quin subinde pessime, consulitur, & non solum *Beneficium* non datur, sed revera *damnum*, imo *Maleficium*, ob-
jicitur. Dico de illo artificio, quando intempestive & promiscue, laboriosis non motuum solum, sed ipsorum omnino otiosorum sensuum concitationibus, cito, præter necessitatem, imo præter rem subinde, otium quæritur, & hoc quidem etiam in mediis *negotiosis*: Verius forte di-
xerim, quod ita in mediis *utilibus*, imo familiarius etiam *necessariis, laboribus, & quasi pensis vitalibus*, perversa talii methodo, *negligentia* vera imperetur. Non vero hoc ipso loco, sed prolixiore Deductione hoc evolutum dare
in

in animo habeo, unde DISSERTATIONIS IN AVGURALIS
loco perstringere placet IMPOSTURAM OPII, sub
qua puto huic nostræ Assertioni plus quam mediocri-
ter satisfaciendi occasionem nobis patere. Precamur
autem Deum T.O. M. ut ille clementissime nobis adsit,
ad veritatem in re maximi profecto momenti, ita feli-
citer assequendam, ut illam sincere atque toto animo
ut alias, ita in hac etiam substrata materia, & assequi atq;
declarare, sine ullo alio respectu aut scopo, valeamus.

§. I.

Odiosum nomen *imposture* primo quoque conspe-
ctu habitum iri, minime dubitamus, sed multo odio-
sius esse debere ipsum *factum*, neminem hominum
dubitaturum esse, pariter confidimus. Recte vero animi &
ingenuæ indolis quemlibet, ut res *vero* suo nomine notetur,
probaturum esse, etiam certi sumus. Interim, ne in tali quo-
que constitutione, vel nos æquitas fugere, vel nos æquitatem
negligere, cuiquam videri possit, de duplice Imposturæ gene-
re non solum aliqua monere, sed etiam nostrum circa illud
negotium sensum declarare, primo loco consultum ducimus

II.

Nota nempe satis est acceptio illa vocis *imponendi*, ita
gemina, ut duplice modo de homine usurpari soleat; Uno
qui *passivo*, quando res quæcunque *ipse imponere* dicitur.
Altero simpliciter *activo* significatu, quomodo homo ipse
quacunque re *alteri imponere* dicitur. Pari videlicet ratio-
ne, ut alias etiam vocabulo *fallere* usus est; Ea interim utri-
usque locutionibus vera, & ut ajunt, fundamentali ἐνεγκέια,
ut cum effectus *fallendi* atque hac ratione *imponendi*, nihil
nisi animum humanum, intellectum inquam, aut opinionem
ad minimum, e rerum etiam sensualium perceptione, proprie-
concernat, tota itaque *imponendi* atque *fallendi* ratio, (*sub-
jective*, ut ajunt) neminem alium ferire possit, nisi hominem,
opinione sua ita aberrantem.

A 3

III.

Sicut autem prior illa *Imposturæ* species, qua res aliqua homini cuicunque imponere, i.e., aliam quam vere existat opinionem offerre, dicitur, dum ab omni dolo abstentum negotium, neminem commovebit; Ita ex adverso hominis in hominem dolose *réxas*, ut *improbæ* tota sua in dolo sunt, ita nemini etiam bono probari possunt; tanto minus utique tumultus justi perturbare poterit animos lectorum, quando e nobis intelligent, quod etiam priorem illam *Imposturæ fallaciam*, qua *ipsum hominibus imponit*, opto omni modo tribuamus, nihilo utique minus, quam illam, qua *homo hominibus*, per hoc ipsum *fallox* medium subinde imponere potest, imo ne miseras mortalium etiam *Impostura larvemus*, revera hinc inde SOLET.

Interim, ut omnino, quantum usquam fieri potest, ab omni neglegatu, & quæ hunc vix non semper sectatur, confusione, & nos & res nostras vindicemus, de illa etiam *Impostura*, quam *Opium* *opinioni hominum* objicit, mox primo loco omnino asleveramus, quod *Opium* non solum patientibus ita imponat, dum illos a dolorum & commotionum impetu sublevare tantisper lentitur: Sed omnino etiam ingenti numero Medicinam facientium. Nempe, ut hi quoque in genere, visis ejusmodi ab hoc Remedio effectibus, quibus aliqua, & imprimit etiam *insignis*, gravium incommodorum mitigatio fese exerat, bona intentione non solum in illud votum, sed quod deterius est, etiam in illam spem, erigantur, ut hæc sibi bona atque commoda, ab hoc Specimine veluti, etiam *stabilitia*, imo *perpetua*, augurentur.

Quamlibet autem hoc ita se habere nullo modo in dubium vocemus, tamen cum *Impostura* illa, qua *Opium* hac ipsa in re ita non magis patientibus, quam ipsis quoque Medicis, imponit, ejus sit indolis, ut vel mediocriter advertendo animum, ipsos etiam *priores*, *Patientes*, constanter fallere non

non possit; id quod numerosa testantur prudenterum agerum testimonia, qui non fugitiva solum, sed passim etiam perorum successum feracia esse haec solatia, maturé animad- vertunt; Tanto minus certe diu, ne dum constanter, fugere poterit posteriores, MEDICOS dico, qui minus utique patere debent delinimentis hujusmodi, presentaneæ alicujus, sed transitorie mitigationis, quæ non solum ad summam re ini- hil conferat laude dignum, sed certè, si prudenter expen- pantur omnia, quæ ita indies observari possunt, revera ita potius præcipuo, & in fonticis in primis morbis, negotio de- trahat.

VI.

Enim vero, nequaquam hoc ita simpliciter sibi quis- quam sumet Medicus, ut passiva tali deceptione perpetuū palliare velit errorem suum, quem præsentiore, ut omnino decet, animi attentione, non possit non maturè agnoscere, & consequenter etiam corrigere. Quid in potius, si hanc rem negligenter tractet, cavendum ipsi fuerit, ne aliquando etiam vulgares caularum patroni, ipsum erudire necesse ha- beant, quid inter sit inter ignorantiam Juris & Facti, & inter culpam levem atque latam.

VII.

Quamvis enim ibi secundum veram Rerum Veritatem forte non ita rarissime audiri possit exceptio Capacitatis, ad Res quas in nos suspicimus, etiam quantum necesse sit perva- dendum: Periculum tamen omnino est, ne ejusmodi sera agnitus, & non nisi demum in perditis rebus excusatio, in nullo foro ita simpliciter recipiatur: Imprimis si illa exce- ptio, suum, quem omnino integrimum habet, locum tueat- tur, quod hujusmodi periculosa aberrationes, etiam à nulla necessitate communissime exigantur, sed magis frivolo quasi ingenii ausu, & latiore, circà totum fundamentum veræ Me- dicinae, neglectu magis, (cum meliora non ita profundè am- plius lateant) quam defectu, nitantur,

VIII.

VIII.

Quemadmodum autem ita sub *Impositura Opii* primo loco comprehendimus, fallax illud delinimentum, quo *Opium imponit Patientibus*; ut videlicet illi qualiumcunque florum dolorum aut laborum, etiam *evanidas*, imo quoque gravius *infidas*; quin *mali fidias* interpellationes, & cleves quasi pausas, vel magno emere malint, quam obfirmato contra universum mali cumulum animo, intemerato rerum suarum successui spem suam submittere: Secundo loco constituimus illos e *Medicis*, qui spem ingentem, imò fiduciam, in *Opio*, collocant, quod non solum tolerabiliorem *decursum* morborum conciliaturum sit, sed vel prorsus *summam* universi mali, quantocyeus immuniturum, & decantata illa commoda *præstirum*, ut cito, tuto, & jucunde, patientes in *integrum* restituantur,

IX.

Supereft *tertia* classis, quando non solum breve & evanidum, imo quovis intuitu *infidum*, hoc qualecumque sensuum levamen, quidam agnoscant; sed omnino verè *periculosis* successus a promiscuo Opii usu, non ignorant; tam manifeste deceptioni indulgent, ut non solum ab imperita plebe laudentur, quod utique sciant patientem egregie sublevare; sed ut ipsis etiam non erubescant, artificium hoc magno patientibus imputare, quod *præsentissime efficaciam* remediis instructi sint, quibus illorum patemata, & *præsentissime* & *potentissime* domare valeant. Hi *dolo mali* patientium spem & expectationem solidam, ita fallunt & frustrantur, ut dum illi verè a morbis suis liberari, a tam latis, ut interpretantur, initis aut specimibus, *præstolantur*; non solum hoc ipsos miserè destituat, verum etiam passim in longè majorem *pertinaciam*, aut inusitatum aliud *schema*, conjectis suis morbis, gravissime se *deceptos* esse, sero & frustra indignentur.

X.

Ut quanta minima potest in pessimos hos, imò perditos,

¶ (9) ¶

tos; mores indignatione, temporis jaictura fiat, sequemur potius jam notatum harum rerum ordinem, & magis opio imputabimus, quod ipsum imponat hominibus, ejusque rei specimina potissima allegare studebimus. Quod Opium mentem veluti ab alienet a sentiendi alacritate, vix ullum dari potest documentum luculentius quam illud, quod utique somnum inducat, nempe neglectum verum & exquisitum sentiendi. Quod hoc ipso etiam, ex hoc ipso fundamento, quatenus sensum obtundit, non solum dolores leniat, sed etiam passim motus, quicunque subtile sensorias stimulationes sequuntur, compelcat, aut ad minimum mitigeat, nihil minus verum. Ejusdem vero etiam veritatis, quod motus, qui non adeo æque sensui, quam necessario cuidam alteri fini superstruuntur, nisi largioribus nimio dosibus, quæ eximiè rotas intentiones obnubilent, valde parum cohibeat. Ubi cunque itaque sensibilis aliqua irruatio in culpa ponitur, & ante omnia patientis, deinde vero etiam Medicus ad instantiam patientis, hujusmodi incommodi mitigationem querit & efflagitat, reddit Opium hosce subinde talis sui voti tantisper compotes.

XI.

Cum vero etiam ejusdem veritatis omnino existat, quod efficacia illa Opii, revera etiam in eo somnigenum æmuletur, ut non diu duret, & demulcentem illam evenerit non nimium longè extendat: Est utique justæ hinc inde consequitæ, ut ita apparet illud solarium non diutius duret, quam dosis talis Opii, stupiditatem incusam extendere valeat.

XII.

Ubi cunque itaque causa, sive dolorum sive motuum, stataria magis est, quantitate aut qualitate corporea eximie pecans atque lædens, ibi tantum abest, ut stupefactiones illæ per Opium ad aliquod temporis spatiū inducatur, usum aliquem habeant optabilem, ut potius, dum interim materia talis efficaciam suam in corpus prosequi non desistit, invalecente ita

53 (10) 50

784 488

interim *lesione* non solum minime bene consultum aut sub-
ventum sit corpori: Sed etiam familiariter *damnum* ita con-
ciliari contingat, quotiescumque sub illis *sensationibus incom-
modis*, quibus Opium opponebatur, *motus* quidam ad *salu-
tarem* s^ep^e *finem* tendentes, quacunque ratione una subfunt,
qui tali *stupefactione*, & velut *ebrios* etiam *virium*, imo *in-
tentio*n^{um}, *obnubilatione*, pariter elangescentes atque *obtor-
pescentes*, materialium illarum pessimae efficacie ita liberum,
quod ajunt, campum relinquunt, citra quemcumque reni-
sum, corpus penitus destruendi.

XIII.

Ubi cunque autem etiam *motus* aliqui fūnt atque vi-
gent, qui propter qualēcunque sive utilitatem, sive neceſſi-
tatem, luscitati, imo *fuscepti*, vel in se, quatenus motus sunt,
malè intellecti, præter naturam esse judicantur; vel *dolores*
etiam qualescumque formant & post sese trahunt: ibi sanæ
rationi utique consentaneum est, quicquid ibi hujusmodi
motibus insigniter detrahatur, in gravia incommoda totius il-
lius scopi, proper quem tales motus instituti & ad illum dire-
cti fuerant, hoc univerſum exiturum est.

XIV.

Minimè vero etiam leviore loco habenda venit illa *per-
turbatio*, ab Opio familiariter expectanda, ut, quando ita *u-
trius generis* *motuum* intentio, velut in *neglectum* & *oblivio-
niem* adducta; *intenso* vero seu proportionatus vigor, ener-
vata; Quin tota justa *opportunitas* interim neglecta fuit: Re-
diens hinc ad se, & velut ex *intempestivo sopore* experrecta,
neglectum suorum turbide reminiscens Natura, unum aut
plura & sequentibus incommoda atque dannos familiarissimè
incurrat, ut nempè vel primo etiam dehinc tempore, *langui-
de*, *fastidiosè*, & quasi *torpidè* atque *somnolenter*, res suas agi-
ret; Unde morbi in *lenta* atque *diurna* schemata non fo-
lūm, sed etiam s^ep^e numero, *materiæ* intuitu, in *firmiores*
atque penitiores innidulationes, deducuntur:

XV.

489

20 (11) 23

XV.

Vel, 2do, intepescit revera præsens equidem impetus
(in primis si universus genius morbi, materia non admodum
urgente, non sit valde ferox) ut vel omnino in præsens libe-
ratus esse appearat æger: Interim, quando ita veluti in medio
suo cursu *interrupum* est qualemque tale tentamen, mo-
tuum ad aliquem scopum destinatorum, neque illum usquam
assecutum est: Sequitur inde, ut proximo quolibet tempore
occasionebus etiam *levibus* denuo velut admonentibus, ille
nuper intempestive *interpellatus* conatus, non solum pari,
sed subinde etiam *auctiore* insultu, de novo cooriatur.

XVI.

Tertio, familiariter in hoc negotio obtingit, in primis si
intentio circa conamina talia motoria, *vivida* fuerit, vel *cau-*
sa ipsa etiam insigniter *urgens*, & in primis ita in medio qua-
scursu intempestiva talis *impeditio* soporifera objiciatur: Fit
ita, inquam, ut neglecta aliquandiu, quam sibi proposuerat
prægresso impetu Natura, *methodo atque via*, quando excus-
fo sopore, & stupore ad se reversa, molem negotii per *ne-*
glectum temere auctam agnoscit, ad *nova*, *alieniora* & que atq;
impioriora, simul autem *sere instabilitiora* atque turbulentia
conamina, consurgens, in graves *errores*, imo scopi sui uni-
versi *frustrationes*, ita conjiciatur.

XVII.

Tandem, in rebus merito *sollicitis*, atque *anticipiibus*
non solum, sed etiam *urgenibus* atque plurimum *vigilantia*
promerentibus; quin imo etiam *circumspectum* peculiare
moderamen, sub *affiduitate* singulari, exposcentibus; si ibi
intempestiva hujusmodi *securitas* velut injuncta, neglectum
talem in rebus adeo necessariis post lese traxerit; interim
autem Natura, vel qualitercunque ad se reversa, vel tanquam
sub *somno* aut *ominio*, talium suarum periclitacionum *anxia*,
trepidet, *Deliria* presso pede insequuntur, non *pessimi* so-
lum, sed & fere *proximi*, exitus, nuntii, comites, imo archi-
tecti,

B 2

XVIII.

XVIII.

Hicce modis atque modulis incommoda eximia, imo subinde maximi momenti, conciliat *Opium* affectibus ita dicitis *Catarhalibus*, circa caput atque pectus, in gravedino-*fo-tussiculosis* pathematibus, imprimis autem posterioribus. Ethoc non solum in aetate jam torpidiore, senili; sed plane etiam in teneriore, hujusmodi affectibus undecunque insolentibus obnoxia. Neque minus eminenter in constitutione reliqua corporis torpidiore, a *Temperamento* uti volunt; *Pblematico* imprimis.

XIX.

Ab hujusmodi etiam intempestivo *Opii* effectu, nihil nisi & firmiores, & fere copiosores, serolo-mucidae materiae reßagnationes, circa partes ita affectas, præcipue pectus, coorientes, vel simpliciter magis obſfirmant totum malum, & *stazarium* velut reddunt: vel concurrentibus etiam narcoticis illis, vertiginosis atque stupidis obnubilationibus intentionum vitalium, paralyticis, *Apoplecticis*, *obliviosis*, cognitionum atque speculativarum actionum graviter debilitatoriis labeſfactionibus, fundamentum substernunt.

XX.

Imo vero in *Pectori*, omni etiam, tanto magis autem senili aetati, ita facile obſtructissimos reddunt hujusmodi infarctuum velut inſessus, ut inde cum tempore paſſim ulcerosi in his locis ſcribri, & tam ab illis, quam tandem eveniente illorum in actualem ulcerationem deductione, *Phthises* ſuccedant: Quibus quando tunc etiam, *sub irritationibus* importunioribus tussiculosis, iterum *Opium* deſtinatur: (imprimis ſtipatum *traumaticorum* ſocietate, pro curandis ſoluita unitatis noxis,) tanto propius fini ſuo admoveetur univerſa patientis vita.

XXI.

Longum eſſet recenſere illa detrimenta, quæ ab aliis simplicibus serolis commotionibus, e *Ventriculo* & *intestinis*, dico vomitibus atque diarrhaeis mucidis, patientes report-

S 491.

portant ab intempestivo usu opii, in primis cum *adstringentibus* etiam insuper sociati, v. g. quando patiens *arthritis* affectu in artibus correpta, beneficio aliquo naturae experitur supervenientem fluxum alvi, paulo frequentiorem quidem, sed sine omni doloris sensu. Huic ab exhibitis *adstringentibus* & *anodynibus*, cum sopore perpetuo, & equali vi-
rū, omnium torpore, & eximio calore, febris lente in-
dolis, omnia obstinatè eādem manent, donec vel tempus Na-
ture vires reficiat: vel exhausta sensim Naturae èvēp̄ia, len-
to exitu contabescat atque satiscat.

XII.

Ita etiam *Vomitus* hujusmodi, a quacunque causa, imo
vel a mala *assuetudine*, seu diuturniore sive patientia, sive
neglecta, insolentes, quando impertinenter Opio per-
turbanur, in fastidia diurna, atonias ventriculi inge-
tes, & inde subnascentes flatulentias distensiones, appetitus,
concoctionis, distributionis, nutritionis, multa & magna vitia,
patientes familiatiter conjiciunt.

XIII.

Quid, quod *stomachico* - *cardialgico* - *hypochondriacis*
pathematisbus admotum intemperantius opium, certissime
appetitum obtundat; Nempe, & pristinum mali fundum mi-
nime tollendo, & præter antiquum justum fastidium, etiam
torporem insuper objicendo, & veluti obliviosam quandam,
rerum ventriculo perpetrardarum negligentiam.

XIV.

Tanto major autem *Opii* maleficus effectus est, quando
ipsum rufi *stomachali* sedandæ, per imprudentiam adhibe-
tur. Quandoquidem in tali casu nihil certius efficitur, quam
ut qualescumque, sive in *stomacho*, sive potius in *hepate*,
lentores adhærentes, velut in possessione sua confirmet, &
qualemcumque tandem adhuc elidendi conatum reprimat.
Unde vel ipsi Medico, nisi rerum talium abunde peritum es-
se bona fortuna tulerit, succedentes *angustiae* velut asthmari-

103 (14) 20

ce, torpores universaliiores, ventriculi fastidia, & magis magisque augeſcentes mali colores, facilius varie dubium redundunt universum negotium: Idque eo magis, quando jam febris lenta, & ſenſim tabida, incommoda obrepunt.

XXV.

Jam in flatulentis Colicis, praetertim autem non ſegni ſolum, ſed etiam ſtricta alvo, quid danni paſſim adferant opiaſta, teſtantur jam aliae hujusmodi patientium graves perturbationes, repentinis ſummi languores, θυματῶδες ὥποι (Semidelir & ſomnolentia) & statim obrepens febricula, jam pareses, ad minimum vertigines, ſæpe numero non levem gravioris, apoplectici, exitum, metum incutientes.

XXVI.

At vero in gravioribus hujus censuſ ſpasticis tensiſ. ſuffocatiſ affectibus foeminarum, quales vulgo Colico hystericos arguant, imprimis in ſubiectis annosoribus, debilioribus, aut jam graviter, repentino etiam impetu, defatigatis, etiam poffime cedere poſſe intempeſtivum opii uſum, documento fuit ante paucos annos foemina hujusmodi, quæ, diſſuidente uno Medico, alterius præpollente ſuauo, opio uia, intra paucos horas expiravit.

XXVII.

Peculiaris autem omnino energiæ poffimæ, eſt Opium, in ambiguis vitiis nephriticō hypochondriacā, imo & arthritoidēis tergiversantibus, ſed tamen molientibus, incommodis. De quibus merentur exempla aliquot commemorari.

XXVIII.

Vir, genere atque meritis inclitus, & abunde, ſi nomi- naretur, longè latèque notus, ſexagenarius, vel circiter, alias etiam nephriticis vexationibus non ita raro obnoxius, cum aliquando hoc inſultu iterum corriperetur, (fatigatus etiam illo tempore quotidianis novis & impeditis occupationibus) cum veſpera nobiles quidam juvenes ad iſpum peregre adveniſſent, equidem in conclave ſuum illos introduci jufſos, hu-

ma-

4493.

33 (15) 33

maniter alloquitur, interrogat, audit, instruit; Ceterum excusat te incommoda ab altero aut tertio die valetudine: sicuti tamen satis vegetus apparebat, ita etiam sperare se dicit, quod ipsos proximo post die, mensæ tuæ admoturus, & ad illam (quam pluribus similibus subministrabat) introducturus eset. Tantis per autem, ut ab itinere advenas, hac vespera corpus curare & tranquillam noctem experiri jubet. Altero mane, dum hi electi surgentes, civili officio de valetudine generosi viri quæstum mittunt servulum, post gallinacium placidè ipsum expirasse nunciantur. Attoniti, de genere mortis, interrogantes, audiunt, prægressa vespera missum peregrè Domino patienti medicamentum, de quo hac nocte cum aliquid assūmisset, post medium noctem *verrigosa* & quasi *lipothymica* virium evanescientium destituzione, ita defecisse.

XXIX.

Vir aliis, meritis literariis celeberrimus, 45. annorum, cum aliquando incertis quibusdam, & latius extensis, *torpidus* magis atque *languidus*, quam notabiliter *dolentibus* fæfactionibus circè alterum *lumbum*, *coxendicem*, *femur*, inmoderatus ipsum incommode haberet, simulque circè *ventriculam*, *morsus* & insigne *fastidium* perfertilceret, appetitu planè suppresso, & universaliter quodam *languore* concurrentibus: cum Dn. Præsidem Disput. consulisset, & causam præsentis pathematis, repetitam *iracundium*, tacitam quidem, sed minime exiguum, fuisse, suspicaretur; interrogatus insuper, se non solum sensibiles motus, sed etiam semel iterumque emicationes & exitus *hæmorrhoidales*, expertum esse commemorasset: tum temporis per medicamenta *ahorcentia* & *Nirata*, subjuncto sequenti mane *Rhabarbaro*, (quod patienti, aliquoties jam usurpatum, placebat,) prompte restitutus est. Tertio circiter post mense, cum multa simul occupationum atque perturbationum incommoda, Virum aliquan- diu fatigassent, & imprimis *iracundia* non leves occasiones ob-

objicerentur, corripitur iterum similibus pathematibus. Consulitur alius Medicus; Patiens corripitur non solum doloribus vehementibus pede, sed etiam tumore ingenti, rubro, duro, ardente. Agerrime hoc habebat, una cum summo dolore profundo, patientem, ut omnem somnum amitteret: Pathemata interim inappetentia, virium fatiscentia, febrilis calor, situs, siccitatis oris, vivide exercebant ægrum. Habeatur malum pro Erysipelo, & rebus ita cedentibus, gravia pericula prædicebantur, gangrenæ &c. Revertebatur tamen ab hac constitutione iterum ad se, ita, ut tertio abhinc die inevitabilem quandam functionem publicam exercere iterum valeret, & indies incommoda hæc omnia iterum mitescerent. Perseverabat tamen perpetuus adhuc languor, immo vera sensibilis non solum imbecillitas pedis, sed etiam gravitatis, quin immo percellentis, jam contusiorum, jam exquisitoris percurrentis, doloris teafus. Non revertebatur universus reliquias, tam externi corporis, quam ventriculi & capitis, immo animi, Languor, ad solitum alias insignem patienti huic, vigorem. Mutabat ita locum, & adibat loca, ubi certè occasio[nales cause etiam plures & majores erant, quæ male habere animum Virtù possent. Inde ipsi perpetua mala valetudo; Sed cum manifestius intercursantibus indiciis arthritoides, adeò, ut etiam tandem chiragram manifestiorem accusarent. Cum sub hisce quasi perpetuis, aut sane irrequietis, languoribus æque atque doloribus, tandem etiam somni imposseyaderet patiens, conquiruntur undique medicamenta, & mitcuntur affatim. Vespera quadam accipit patiens puluerem, eumque ex prescripto assumit; obdormiscit, dormit, magis magisque profunde; gaudent familiares: pergit ita patiens usque ad sequentis diei undecimam. Expergiscitur etiam sponte; gratulaturis proximis, indicat se moritum: consternatis, & causam hujus opinionis rogantibus, sentire se inquit, totam suam Naturam mutaram; languorem vero ultimum, & sentire se morti proximum. Non tamen mortuus

495.

108 (17) 20

tuus est illo die, sed proximo: nullius symptomatis antiqui exacerbatione, aut novi insultu, sed placida lyysi defecit.

XXX.

Alius Vir, Jurium eximie peritus, & in Praxi Forensi exercenda fidelissimæ diligentiae nomine commendatissimus, cum ante annum aut amplius, per duas circiter septimas eodem propemodum more, quem statim describemus, incommodeadmodum habuisset, & senescente sensim impetu, melius habere incipere videretur, nihil minus cogitans aut expectans, *calculum* piso non minorem cum Urina eminxit. Post annum, imo amplius, iterum ita male habere incipit; nempe amittit *appetitum*, *languescit*, corpore fastidit, atque torperanimo; deficit mox non solum *tranquillus*, sed non ita diu post sensim propemodum *universus somnus*. *Calor* equidem nullus insignis, interim tamen & *suis* aliqualis, & defectus *salivæ* admodum insignis: Dum ita *cibos* fastidit, potu interim qualiterumque uititur, supervenit sensim *Vomitus*, quo potulenta, tanto magis autem juscula, rejicit. *Molestæ* quidem variae neque exiguae circa abdomen æque atque coxas, sed nullum tamen eorum, qua nominari possunt doloræ genus exprimentes. Durat hæc constitutio ita æquale ultra octo dies, neque medicamentis, alioquin idoneis, multum auscultare appetet. Manu quodam, quinta hora, D. Praes vocatur ad ægrum; ubi ad ostium occurrentis patientis conjux commemorat, mutatas insigniter apparere res Patientis, adhuc magis autem illud indicare eum ipsum, asseverando: Es habe sich seine ganze Natur geändert. Nempe, quicquid quoconque modo his diebus senserat, id omne abesse & velut evanuisse, nec ullum minimum ejusmodi sensationum vestigium superesse: Interim vires summe dejectas & penitus evanidas, extrema omnia ominari. Erat autem aspectu non solum torpido, sed revera stupido & quasi semi-somni; gestu etiam reliquo, contra suam consuetudinem interioriore, obtutu defixo, & tanquam, quod germani appellant

C

sui,



sui oblio. Retulerat autem iam ad ostium conjux ejus, quod
ab hora nona per totam prægressum noctem ad illam usque
quintam matutinam, dormiverit continenter; cum tamen
prægressis diebus aliquot, nihil, nisi nudè dormituraret, ne-
que nisi levissimi somni compos esset. Facile incidebat Me-
dico suspicio de oblatō forte, ut sunt hic locorum mores, ali-
unde, remedio soporifero; neque quidem dissimulabam hanc
conjecturam; sed abnuebant tam patiens, quam conjux ejus,
serio, quod quicquam ab alia manu medica vel oblatum sit,
vel admissum. Cum autem proprius mentem exprimerem,
maxime ad reddendam rationem suspicionis met̄, quod illa
fundata maxime sit super insolito illo, vere ἀπὸ μυχῶν,
profundo atque longo somno; simulque, moderate tamen,
subiectare, quam incommodos effectus narcotica in mo-
liminibus nephriticā familiariter edant. Hanc commemora-
tionem cum attentione audire videbatur patiens, subicie-
bat inde, quasi percunctibundus, es werde doch dieses nichts
sonderliches haben thun können, dum mulieres hesterna ve-
spera ad invitandam quietem, aliquot *capita papaveris* in
cerevisia macerassent, quam bibendam tumserit. Cumque
moveri me animadverteret hac relatione, tanquam excusa-
turus fortassis admittum errorem, non totam se illam cere-
visiam bibisse, sed forte bis solum de illa haussisse dicebat,
denn es hätte ihm so wiederwärzig geschnickt. Successus erat
ille, ut patiens febrilenta, non tamen leni æque, ita jugiter
jaceret; & quamvis ille nihil quicquam, præter solam viri-
um amissionem quereretur; conjunctis etiam consiliis Me-
dicis, post Venæ sectionem tertio abhinc die susceptam jam
hoc jam illud tentatum fuisset, paciente interim velut æqua-
liter eisdem habitum servante, æqualiter languidum, torpi-
dum, imo semistupidum, cum urina perpetuo limpida & non
nisi levissime justo tenuiore, septimo hujus febrilis constitu-
tionis die, ipsis plenilunii horis, placide expirabat.

XXXI.

497

103 (19) 80

XXXI.

Meretur autem omnino exemplum commemorari, memoria utique dignissimum, cui tamen non ipse interfui, sed e cognatorum maximè relationibus acceptum, refero. *Generosus Vir nephritico·arthriticis pathematibus obnoxius, mortuus narrabatur in tali paroxysmo, brevi tempore post assumtas tres vel quatuor pilulas.* Transibat ad secunda vota Vidua, nubens alteri Generoso Domino. Erat etiam hic similibus nephriticis pathematibus expositus. His cum aliquando male haberet, commendat, per fortunam superveniens Theologus, certum quendam Medicum, cuius dexteritatem, ut fieri solet, mirificè extollit, & etiam per exempla infallibilem certitudinem colorans, efficit, ut ille, in primis in viciniâ vix ultra unum milliare dissita facile inveniendus, accerseretur. Cum, præmonitus breviter de patientis affectu, aliquid secum jam atulisset, & presentaneam mitigationem promittens, exiguae aliquod pillulas ibi demum e massa aliqua esfornaret, compellat ægri Conjur, & quid paret aut oblaturus sit marito suo interrogans, mox obtestationem addit, ne forte *Opium* patienti exhibeat, eodem enim etiam priorem suum maritum sublatum esse. Medicus exhibet patientes aut quatuor pilulas, cui inde sensim quidem dolores, sed non ita multis horis post etiam ipsa vita, cessant.

XXXII.

Vir sexagenarius, robustus de reliquo, & multiplicibus itineribus affectus, corripitur aliquando doloribus in dorso, imprimis ad lumbos atque coxas incumbentibus, & in se valde molestis, & respirationi etiam sub qualiscunque corporis motu, insigne negotium facientibus. Erat alias *scarificatione* usus, sed cestaverat a tertio iam anno: Hæmorrhoides expertus erat, bis aut ter, quod meminisset, prolixius de scriptare, cum cæteroquin per incuriam ejus minus recordaretur. *Traictatus solita Dn Præsidi methodo, intra octoduum in publico iterum obambulandi compos, post alterum*

C 2 dñm iulij oītāgū m oītī-

498

83 (20) 80

octiduum, cum servo suo Islebiam equo proficiens ausus, persentisit ibi novas dolorum horum missationes, quibus proinde non bene fidens, jubet servum ambobus equis Hamam reverti, & curriculum inde accersere, quo quietius forte reverti posset, cum equitando dorsi dolores sibi revocasse sentiret. Dum hoc agit servus, increbescitibus sensibilius doloribus, a succusatione dorsi prægressa, periuadet caupo, ut Medicum consulteret sibi notum. Hic vocatus, offert aliquid medicamenta. Altero manè revertens servus adducit curriculum, opportunissime, nam herus qui ante gallicinium mortuus erat, alia via reverti non potuisset.

XXXIII.

Alius vir, aliquot supra 40, annorum *nephritide calculo-*
sa alioquin jam saepius vexatus, accipit denique exiguum vitrum, quod non ultra duas drachmas caperet, plenum liquore leviter flavescente, sapore mediocriter, sed tenuiter, amaro. Cujus efficacia tanquam decantatissima, ea laudatur, ut sex vel septem guttarum dosi dolores nephriticos efficacissime compescere dicatur. Sumit inde patiens præscriptum numerum guttarum; mitescit dolor; Repetit, evanescit; Sed jugiter pereunt omnes vires. Patiens *calorem* concipit, prægresso sub qualcumque inquietudine nephriticâ, etiam ordinario, longe sensibiliorem; quem tamen ipse nullo modo nominat, aut de illo quiritur: Bene verò *oris* aliqua *fascientia* afficitur: non æque sit, cuius non minime videtur: Utique etiam de reliquo universim totus *stolidus*, & viz ad interrogata fatis sui memor: non equidem exquisitè *dormiens*, sed *stupida* tali velut *oblivione* jugiter quietus quod germani nostri locutione illa notare solent, der *Patiens* ent liege immer so für sich hin. Ventilando etiam interdum crura, exercet signa *caloris*, sensus nempetalis; interrogatus tamen, ferè negabat. Durabat hic status ad sextum diem, fascientibus indies viribus: Ubi quinto *lingua* tumescet, mox in sinistro sui limbo extrema *sugillatione nigro-purpu-*

rea

299

rea, officiebatur, ad calami olorini latitudinem: loquela necessario ita insigniter balbutiebat: deglutiit etiam dolorem quidem non afferebat, interim impeditissima erat; Concurabant, & magis magisque augescabant, palpitationes in arteriis: evanescabant magis magisque vires, & tandem ipsa vita. Evidem Praes compositionem medicamenti medicamentum non scio, medicus tamen ordinarius beati Patientis hoc sibi de illo notum affirmabat, quod praecipua ejus efficacia sedativa sit ab Opio.

XXXIV.

Rectissime vero Vir, qui de materia verè Practica efficiacia materiæ mediceæ, non tralatitia, sed solidæ experientiæ respondente, primus omnium cordate loqui aggressus est, B. LUDOVICI, fatalem Physicorum horoscopum maxime orditur ab eo tempore, quo Opium in Ascidente comparere incipiat. Licet enim Deckerus in notis ad Praxin Barrette magnifice laudet M. P. de Cynoglossa; eoque nomine, quod ajunt pollicem premere Opio videri possit; Tamen & à M. P. de Cynoglossa ad Opium, non valere consequentiam; & Deckeri hanc commemorationem, a simplici experimento immagine quantum abesse, neminem peritum ullo modo fugere potest.

XXXV.

Unde, quicquid in hoc genere palliat Opium, Impostura sit; dum neque affectu ipsi, neque simpliciter directis ejusdem effectibus, nempe simplici veræ irritationi sustendi, neque materiæ, sive quæ ita stimulare creditur, sive quæ corrupta collecta est, ullo modo satisfacit: Sed solum stuporem sensationi directe incutiendo, verorum horum quorumcunque incommodorum tales neglegit ita introducit, ut & bona & mala sua jugiter velut infuper habendo, neque ulceris necessitatibus debite prospiciat Natura (unde statim augescunt flatus, & tunc demum exardescit hebetæ incrementum febris) & materiam excernendam debito motu excussorio non prolequatur: unde infarctus, a-

C; tonia

tonia pulmonum, virium ingens lapsus, & tandem Mors pro corolla harum rerum, recte & ordine sequuntur.

XXXVI.

Enim vero qui etiam in *Convulsivo asthmate*, praecipue cum vehementer passim *tussi* conuncto, *Opii* efficaciam majoris faciunt, quam vere fundamentali constitutioni, cui tale asthma accedit, expedit, nihil nisi *Imposturam* ab illo reportant: ut nempe non solum nihil indefensabile reger, sed *pertinacius* sepe fiat ipsum malum, *febris* autem *calor* ita augescat, ut passim, quia tunc demum exquisitus in sensum incurrit, etiam tunc *superveniente* censeatur; ubi quidem, si *asthma* aliqui in culpa fuit, obsignata hac ratione, familiariter jam *inflammatoriam*, jam *lentam ulcerosam* indolem induat, & jam *apostematodes* quiddam jam *elnundes*, statarium utrumque, & vix iterum resolvendum concipiatur.

XXXVII.

Sicut autem familiaris admodum obtinet error in *distinguendis* *externis* thoraci affectibus *spasticis*, vere *Arthriticis* prosapia; ita ab horum etiam, satis frequenter in praxi occurrentibus, repentinis insultibus, etiam passim cum dolorum exquisitiorem sensu, occupat patientes hujusmodi *angustia*, ut jam *furiam* pleuritidem, jam *Rhevmata*, jam nihil peculiari nomine Medicis denotandum, sed sub *dolorum* generali idea, mitigationem postulans, forment. In his certe ipsis, si vel paulo immodestius, minus tempestivè, plus simplici quoque vice, *Opiata* in usum trahantur, certè satis familiariter non levia incommoda, imo pericula, post se trahunt: certiores autem omnia *febriles* *afflues* commotiones, affectuum talium (cum alias per initia dissipationem, aut certe ingenere sic satis maturam resolutionem admittant), ita perverso usu in illam ataxiam conjiciantur, ut post haec nihil moderari, sed *pertinacissimam durationem*, *febriles* contumaciores calores, *fasciosos languores*, imo *anomalias* facillimas alias subeant: imprimis autem unam ex illis dualibus, ut vel ab

exter

507.

33 (23) 33

exterioribus ad interiora titubent: vel à firmiore atque stabiliore indole, vagum quid posthac affectent, & modo hic modo illic cooriri doceantur.

XXXVIII.

In *Ventriculi* affectibus, quin etiam plerisque *Intestinorum*, tam *doloribus*, quam *insolitis commotionibus* & *exagitationibus*, non tam facile *Opium* ipsum imponere, sive *patienti*, sive *Medico*, quam ipsum potius *Medicum*, perverso de his rebus *judicio*, & suam & patientium spem irritam experiri, certissimum est. Cum enim harum partium plerique affectus, potius *materiarum* efficacie innitantur, aut passim etiam in talibus *motibus* fundentur, q*ui* omnino certam *materiam* pro *objeto* habent: quo utroque intuitu, irritum omnino est, *motus*, aut *sensus* obnubilare vel sistere, *materias*, à quibus aut propter quas illi flunt, interim neglectis: Ita quando his rebus *Opium* adhibetur, & maxime intempestivam *Sup erfationem* iisdem incutit, majore certè *Medici* culpa hoc facit, qui tam luculentur alieno loco atque tempore quietem imperare animo concepit, eamque *Opio* in effectum deducere, improbo studio laboravit.

XXIX.

Sanè verò, nisi manifestioribus, simpliciter evagantibus, nudis *conatibus*. *Vomendi*, sed potius à *contenta* aliqua in ventriculo *materia* pendentibus, maxime incommode objici *Opium*, eoque ita opprimi illum *excernendi* conatum, frequentia exempla confirmant.

XL.

Cum enim *vomendi conatus* tales, qui magis directam quandam *cobitionem* postulare videri possint, *presentiores*, *ferociores*, & importuno *impetu* urgentes, familiariter pendant à *biliofa quadam*, *acriore*, *causticâ*, *materia*; *seignores* autem, sed ipsa tamen *contumacia summe molesti*, a *mucosa quadam lenta*, & fere etiam ita *satis larga*, *saburra*, *ortum* ducant; in *priore* quidem *casu* graviter erratur, si *motibus op.*

oppressis, materiæ hujusmodi tempus, & otium veluti, ad ar-
rivationes & subtiles fermentativas corruptelas, stomacho & py-
loro inurendas conceditur, unde spaciolosa harum partium
mortiferæ corruptiones: aut lenta illi saburræ otium relin-
quitur ad cumulatum proventum. Ubi e priore peccato,
Febriles inflammatoriae, imo singultuose, mortiferæ conse-
cutiones; e posteriore vero, cum repentinis plenis prostra-
tionibus appetitus Cachecticæ & hydropicæ successiones. Par-
ratio est etiam alvi variorum fluxuum; in quibus vix ulla ra-
tio expediverit, quo usquam intuitu, ita etiam præcipites
passim hic illic esse possint Medici, ad simpliciter fistendum &
cohibendum: & quidem jam adstringentibus, jam Opiatū,
jam utriusque simul, in subsidium vocatis. Cum enim vix
quisquam facile in animum admiserit, quod hujusmodi mo-
tus intestinorum excusorii, quibus egestiones alvineæ absolu-
vendæ sunt, a simplici motuum exacerbatione pendent, ci-
tra materiæ qualisunque interventum: præcipue, cum et-
iam utique materia præsto sit, quæ ita excernitur: nemini
facile dilucetere posse puto, quo iure, nedum qua necessi-
tate, hujusmodi excretoriis motibus, direcle & simpliciter re-
sistit possit, non habita sufficienti ratione materiarum, quas
illi motus utique manifesto, aut sequi, aut sectari, sentiun-
tur.

XL.

Quid, quod his considerationibus solidius innitens Pra-
xis, abunde confirmat, quod habita decenter ratione mate-
riarum, iisque partim correctis, partim ad placidiorem exitum
deductis, nulla usquam sive detentione, sive sensuum le-
titione opus sit; sed vere hic quoque sublata solide causa,
spontè & directè cesseret omnis effectus. Ubi tanto magis o-
mnia in tranquillo versentur, cum nullum unum ita incom-
modum, nedum maleficium, obrepatur, quale passim ab Opio
metuendum venit; Quandoquidem hoc ipsum, etiam sans
paulo sensibilioribus subjectis, temere oblatum, & imprimis
infan-

infantibus ingestum, in illis quidem magis *transitorium*, minime tamen ita simpliciter *evanidum*: in his non solum diuturnum, sed vel omnino stabilem, stuporem, atque torporem, non actionum solum, sed vel ipsius animi energiarum, passim post se relinquere sentitur.

XLII.

In colicis doloribus, uti *lenitiones* in universum damnare non laboramus: ita tamen temerè ad illas convolare nedum in illis totius medicationis, quod ajunt, proram atque puppim constituere, serio dissuademus. Quantumlibet enim *Colica* communiter, *passicorum* terminum vehementia, nimium quantum supereret proportionem materialium causarum, propter quas cooriri solet: tamen simpliciter & absolute *ssistere omnes tales motus*, qui propter ejusmodi causas ita concitantur, tam alienum utique fuerit, imò amplius, quam liberum illis campum atque cursum indulgere.

XLIII.

Suffragatur huic rei Ratio, a simplici Experientia deducta, utpote quæ confirmat exemplis, neque tempore raro, neque numero paucis occurrentibus, quod passim *Colica*, etiam feroci, exagitati, duos, tres dies, tantis cruciatibus exerceantur, ut inde illa vulgi expressionum tanquam specimen nota sit: Der Patient habe daran ausgestanden, daß es einen Stein in der Erden erbarmen möchte; sey auf der Erden unter Tisch und Bäncke herum gekrochen, habe sich gekrümmet und gewunden wie ein Wurm: habe sich bezeugt wie ein unsinnig Mensch, und gemeynet von Sinnen zu kommen: Gemeinet es sey keine Möglichkeit, der Leib würde ihm entzwey springen re. & tamen tales patientes ab his, etiam ita diu toleratis, velut *infandis doloribus*, nullum *vite* periculum adeunt, sed vel pluribus vicibus, ab iisdem ad reliquam bonam sanitatem revertuntur.

XLIV.

Quæ certe res ad minimum hoc docere deberet Medicos,

D

cos, ut ante oculos veluti haberent, quod hujusmodi efficiens, non ita urgeant, efflagitent, & velut imperens, praesertim dolorum dolorum cohibitionem, ut propterea, propter nudos inquam illos dolores coercendos, aliae periclitationes negligi atque insuper haberi mercantur.

XLV.

HYSTERICO-HYPOCHONDRIACA pathemata, uti passim in motibus spasticis, sed vel propter sanguinis impedientes progressus circa Venam Portæ, vel affuetia à multo tempore repentinis motuum correptionibus, fundantur, ita *Opii* obnubilatorios esse ceteri male tolerant. Dicitur autem eius rei rationem ipse earum verior intellectus; dum utique motus spasticus, qui per frequenter ad expediendum laborantem illum præ sanguinis spissitudine successum, utiliter destinatur, perperam inhibetur atque supprimitur: tensiones autem etiam passive, a refractione impeditius progredientis sanguinis, non solum in te inutiliter palliantur: Sed cum una etiam dicti modo tonico-spasticus illi motus, qui moderato actu atque contentione, propulsandis omni modo hisce statibus usui esse possunt, supprimantur hac eadem actione intemperie & sopiactionis: nocetur revera eo ipso tali constitutioni hac ipsa methodo verius, quam ut ullum solidum remedium adferatur.

XLVI.

Quod autem commotiones illas *Confuetudine* prompta excitandas, & ulti in illis narcoicorum Opiatorum, concernit; sicut in talibus ab istiusmodi medicamentis familiarissime consequuntur, cum fastidiosis & semi-stupidis languoribus, lenti hebeti calores; Capitis vertiginosæ gravitates, aut minus alias visitati, imprimis autem hemicranici, ejusdem dolores, insignes atque pertinaces fatigantes in artibus: aut volatice vagi dolores arthritoides: imo, quando iracundia, ut fere familiarissime, in culpa fuit, valde periculosæ colludentium biliosarum, causodeo-cholericarum, aut

Eri-

Erisypelacearum & ποχύσεων, temerariae detensiones, & inde longe graviora alia pericula; Ita non adeò longe petenda fuerit etiam hujusmodi eventuum ratio, dum modò consideretur, quod non solum Morales directæ repressiones, intentionum commotoriarum etiam moralium, *tædia, fastidia, tacitum impatientiam*, & alias heteroclitas jam musitationes atque intentiones jam tentationes atque conatus, velut ordinarie post se trahant: sed etiam ipsum idem opium, quibuscunque aliis affectibus, ab iracundia aut terrore, coortis alibi in corpore, hæc eadem modo dicta pathemata certissime inducat. Quod nempe jam in antecedentibus de variis arbitrioideis concitationibus, summo jure monitum est atque indicatum.

XLVII.

Cavendum itaque certè est, ne in hujusmodi constitutionibus, inani spe solidioris mitigationis, *Opium* nobis imponat. Tantò magis, cum exactam etiam considerationem, satis sèpè exerceat discrimin illud, an *olvi defectus*, hujusmodi patientibus modo non perpetui, magis à *phœnixa* quadam *ſtrictoria* detensione pendeant, quam *lenire anodynus* passim confidunt: an verò, vel à *segnitie*, vel à *ſuccitate* nimia: quibus utrisque casibus *Opium*, majorem torporem inducendo motibus, majora potius incrementa addit. De reliquo autem dipterum illud, quod *somnus corpora humedet*, ut pluribus modis ineptum est, etiam de *naturæ somno*; & superstructum videtur fabellæ illi annosæ, de comprehensione primisensorii per vapores humidos cerebrum velut ener- vantes: ita tanto magis ulla ratione ad *ebrisum illum stuporem*, quem *opium, falsa sub imagine somni*, incutit, nullo modo valere posset.

XLVIII.

Tandem, jam profundiores coxendicum, & manifestiores podagrī dolores, cavendum certe summopere est, ne iatempstivis opiatorum delinimentis ita male pallientur, ut

D 2

non

506.

¶ (28) ¶

non solum in insignia illa offendicula conjiciantur, quæ inde familiariter recta veluti procedentia, jam statim nominabimus: sed etiam insolentius continuando, aut saepius repullulantibus male dissimilatorum dolorum missationibus aue emicationibus, saepius etiam, imo vero sensim etiam largius objiciendo, in gravissima irreparabilia mala, paralyses, apoplexias, obliviones, deliros stupores, miserrime impellantur.

XLIX.

Sunt autem illa *gravissima* modo a me appellata incommoda, I.) quod patientibus hujusmodi, personata semel, imprimis admodum *maturè* occurrente, tanquam in *prima*, quod ajunt, *herba*, hujusmodi *ischiadico-podagrifica* sensatio-ne, longas inducias non sperare liceat, sed potius *breviore* quam alias, *temporis intervallo*, dolor recrudefecat; & quidem II) per causas *occidentales* etiam longe *leviores*, quam antea solebat: III) quod etiam ita *frequenter* recursans, tanto certius adspernetur hoc idem remedium; & certissime omnium quidem IV) in pristina *minore dosi*: Interim V) *auctiores* magis magisque doses, vel (rarioribus quidem exemplis) etiam prodigiosam veluti in hoc genere quantitatem assumentam adsuefaciant; cum subsequentibus tamen in tali quoque cau, tandem damnis statim dicendis: vel VI) si doses mox per initia audacioribus peccatum est, etiam admodum *maturè* sequuntur, a) *torpores*, *fastidia*, *ineritiae*, b) *languores*, *enervationes*, *imbecillitates*, *labefactiones*: c) *Capitis gravitates*, *turbulentiae*, *vertigines*: d) *somni inquieti*, aut *stupidi*, nihil restaurantes, sed *torporem* & *ineritiam*, imo vel *lassitudinem* potius augentes, certissime autem foventes: e) *Appetitus*, *concoctionis*, *digestionis*, *egestionum*, manifestæ ataxie: f) *pathemata* circa *abdomen*, *flatulenta*, *anxia*, imo *torminosa*, non solum non minora sed magis magisque etiam majora pristinis: g) *gravativi*, *palpitatorii*, imo varie penetrantiores, sensus, circa *superiores artus*: cum *respirationis*, etiam impedimentis ab *externis spasticis causis*:

h) *Tan-*

¶) Tandem, in habitioribus tumores, in siccioribus tabidæ extenuationes cum plus minus manifesta lenita, imò hætica febre. §) Quin denique §. præcedente nominata, gravissima omnium ultima ad mortem mala.

L.

Enim vero, uti permutatio affectus, dolore magis nude molesti, quam ullius perpetui diuturni, aut præcipit's damni aut periculi compotis: cum hujusmodi perpetuis molestiis, irrevocabilibus labefactionibus, insanabilibus diuturnis, aut breviter funestis aliis, nemini sui compoti serio placuerit: ita nihil nisi solida Impostura haberi potest, hujusmodi per artem procurata versura, imò totum eō exiens artificium. In qua re, si nihil aliud, certe cordatis Medicæ artis comprehendendæ sectoribus, diligentem observationem hujusmodi historiarum commendamus: ut vel ex illa agnoscant, quam portentosæ res sit pertinacia practica Empirica falsa, quæ etiam videntes videre, audientes audire, sentientes agnoscere, imo vel intelligentes desistere, impedit.

LI.

At vero hæc talia quidem de *Impostura opii in Chronico-coteris malis atque morbis designatis tuffecerit*; *Acutiores*, nempe *cerioris*, *brevioris ambitus*, affectus, quales *Imposturas* ab Opio experiantur, tanquam per apices summos complecti possumus afferendo, quod *Opium*, & facillime, & præsentissima efficacia jam totum *genium Febrium* pervertat & in aliud schema transformet: jam ad minimum *decursum* illarum insigniter inflectat; aut proprius jam *exitui* constitutas, etiam gravissime obturbet, & in pessimas revera *cessitatibus*, imo *lapsus* inducat.

LII.

Schema totum pervertitur, dum ex *intermittentibus*, *tentæ*, *continuae*; et *lenta simplicioribus*, *hæticæ*: et *simplicibus* *compositæ*, aut *duplices*, ita progignuntur.

D 3

LIII.

LIII.

Decursus reliquus pervertitur, dum ex *acutis* vegetiū prosequendis, pessimæ fidei *lentæ* formantur, insufficienibus & verè negligēnibus successibus, nullum alium nisi certo *funebris* exitum fortientes. Idque vel intra periodum adhuc etiam vegetiori *acuo* motui respondentem: vel extensam longum *hec* tā quadam idea, quæ tamen reverā ad mortem non modo duret, sed etiam eō ducat patientem.

LIV.

In *FEBRIBUS* autem maxime valent effectus illi detestabiles, quos mox in initiis hujus tractationis notavimus. Ut nempē, *dissimulatis*, per priores dies, vegetoribus motibus & ordinationibus versus Criticos, turbulentiores, anxii, *præcipites*, *trepidi*, arripiantur: paiores, palpitationes, convulsiones, cum summa inquietudine, mentis perturbatione, delirii, sequantur.

LV.

Ubi meminerint harum rerum cavendarum curiosi, quando in *πράγμασι* audiunt laudiri, quod *primis diebus* patientes admodum placidè atque tranquillè habere aut habuisse, & in primis benè dormiisse memorantur: versus criticos, tanquam de *præcipitio*, in omnia pessima, in primis cum mentis perturbationibus, repentinis virium lapsibus, circa caput, oculos, aures, fauces, loquela, repentinis gravibus defectionibus, pessima quæque minitari: ut interrogations suas in primis dirigent ad usurpata *primis diebus* diligentius *Anoldynam*.

LVI.

Eiusdem autem classis erit omnino etiam consideratio istius phænomeni, quando *primis diebus* *æstu*, *inquietudine*, *dolorum impatiens* circa *caput*, in primis autem *angustiarum* & *anxietatum* molestiis, exerciti patientes, post indicatorios, quin imò ipsis indicatoriis, ubi prolusiones aliquæ *commotoria* emicant, quietiores facti, quasi *derepenie* mitigati, imò

DR. 309.

33 (31) 33

imo tranquillus dormivisse nuntiari, proximis subsequentibus diebus, simul & temel iterum pessime habere, & amissis omnibus viribus, deliriis supervenientibus, passim etim ferocibus, emori audiuntur.

LVII.

Eiusdem porro census, quando ab initio febrilibus, cum excretoriis quibusdam concurrentibus symptomatis, per vomitum, per alvum, adstringentia & Opiata in usum tracta, hos quidem motus satis cito atque potenter opprimunt: Interim patientes dehinc uniusjungi & flu, sine tyro aliquo ordinato, sine hujus aestus, aut aliorum ferè pathematum proportionato sensu, sine fitteffatu digna, in multa somnolentia, sed nullo, aut palpitationibus inquieto, oculis dehiscientibus, ore biante, lingua muscitante & balbutiente, somno, viribus constanter amisis, appetitu exquisitè nullo, ita jacent, ut lenta quasi febris speciem faciant, interim tamen nulla ad se se revertendi potentia, si vel maxime non prima, quin secunda, tamen tercia periodo septenaria, non augescere quidem, sed tanto minus etiam quicquam mitescere visis symptomatibus, tacite & ferè etiam placide expirant.

LVIII.

Ego certè Disserit. Præses, ut causas habeo prægnantes ita sentiendi, in aliis etiam cordatis Medicæ sue rei fataginibus Practicis, ejus rei Autor sum, circumspectius perpendendæ, atque in futurum etiam prudenter observandæ, quod ingensilla incertitudo, hodiernæ scholæ Medicæ familiarissima, circa discernentias Febrium species, earumque successus atque veros ordinatos mores, comprehendendos, plurimum pendeat atque foveatur, ut à priori, à maximè incommodis opinionibus de symptomatum febriles motus stipantum æque, atque totius febrilis motus directi veræ efficacia, canis atque habitu: Ita a posteriori, ab illo præpostero, per Opium, his, ut arbitrantur, turbis, obices ponendi studio.

LIX.

¶ 510.

Certè, cum prælentis loci arctius spatum non permittat, neque etiam rem exquisite perpendendo, res ipsa hoc requirat, ut minutatim commemorentur incommoda, quæ ab inconditis usque quaque, nedium intempestivis sopitionibus in Febribus, tanto magis autem promiscue, & magis ad ipsam Febrem, quam ad individuales ataxias directis, cooriri necessario debent: suffecerit puto sententiam nostram hac de re ita simpliciter profiteri, ut afferamus, quod male intellecta salutari efficacia motuum febrilium; adeoque neglecta, aut certe nusquam recta atque provida illius sublevatio atque facilitatio: sed potius in ejus locum, tanquam in subsidium subrogata, intempestiva consopito: damna inferat circa Praetorinum Febrium, non solum in se ingentia, si sibi relicta ita post-hac decurrant ad funestos exitus: Sed etiam admodum familiariter, imo potius communissime, neque meliori ulli methodo iterum emendanda, sed solidè prorsus ad funestos suos exitus constantia.

LX.

Unde quidem in his rebus maximopere cavendum est, ut maximè intempestiva soporifera palliatione, verè ingens atque sonica Impositione in hoc negotio obtingat; qua inoccentes molestiae, & verè utilia incommoda, si summa totius negotii æstimetur, nimio placendi verius quam placandi studio, non solum leviter, atque citra omnem constantiam, obliniantur magis quam delinantur, ut posthac, & cito quidem, non tantum cum foenore intolerabili, sed revera cum totius fortis jactura compenſent, quicquid ipsis antea detractum esse putatum fuerat.

LXI.

Cavendum autem hic maximo profecto prorsus opere, ne inconditæ illæ immensum quam familiares hodiernæ Medicinæ, deceptiones propriæ, in hoc negotio damna per præjudicium afferant; quando videlicet passim audire est, allegationes

(33)

tiones illas *Experiencię*, quod hic, ille, Medicus *Opiata in acutis* in familiarium usu habere soleat, & tamen tot atque tantum incommoda ab illis minimè experientur. Si enim in talibus rebus duæ illæ circumstantiæ, sine ullo præjudicio, facilius diligenter, atque ita decenter, expenduntur, nempe primò, diversitas in dolore robustioris, & varias interpellationes, sine præcipue sua activitatis dispendio tolerare, imò superare, aut reparare, solitæ, ab indole tenera admodum, sensibili, sollicita, trepida, formidolosa, & turbulentarum rerum, tum aliàs, tum in corpore tuo, & negotio vitali extricandarum atque farciendarum impote: Secundo vero de hac posteriore constitutione instituatur vestigatio veritatis istius asserti, quod familiaris ille usus Opii, in his talibus casib⁹, non solum sine danno, sed vel penitus sine periculo, ejusmodi Praeterea obtingat; tunc statim pateat sincerus hujus scenæ conspicus, & quid distent facta à verbis.

LXII.

Tranquillissimè vero has res penitus pervestigare atque perspicere idoneis, non poterit non passim apparere, veluti manifestus quidam Providentia nexus, quo illa res humanas sibi obnoxias atque devinetas tenet. Apparebit enim confido ita penitenti, quales aliquibus talibus artificibus velut usitatæ methodi existant, quibus bono faro, illud quod revera fatuum haberi poterat, in viam reducitur. V. g. si Medicus amet *Opira*; interim etiam plurimum tribuat subtilibus exagitatoriis humorum, & quomodo modo analpseos compotibus, remedii. Talis, quando per *Opium* obturbavit atque confudit activitatē motuum vitalium Februorum, & jam languore apparent ipsæ etiam univerlæ vires in corpore; penetrantioribus illis & fortius exagitationibus tam humores quam vires, denovo impellendo quod torpebat, resarcit (in universa alias vegetiore indole,) quod defecera. Interim nemo res hujusmodi sine præjudicio, sincerus perpendens pervidere non valet, quod tota hæc scena, sine ulla culpa affectus ipfus,

E

sim-

11512.

simpliciter *superinducendo* instruatur ab ipso *Medico*; qui, nisi *Opiatis* inconditos torpores introduxit, *fortioribus* illis *excitanibus* non solum *opus*, sed omnino *locum* non habuisset. Unde etiam hic valet justissima illi consideratio illius, quæ verè huic negotio inest, *conversionis*, dum etiam contrà Medicus ita agens, *fortioribus* inquam *concitationibus*, etiam passim fôvens atque operam navans, reverâ ita subinde etiam opus habet *Opii* efficacia, novum quendam *torporem* objiciente; Auctore tamen & actore etiam hic loci simpliciter ipso Medico, non solum sine flagitante, sed revera passim sine conspirante aut consentiente affectus ipsius genio.

LXIII.

Ubi videlicet, ne qua obrepere hic possit solida *Impostura*, conditionem ferimus, ut eximie distinguatur, sed à sincerè solidâ experientia, *duplex* illa consideratio, *primo*, quid quoquo modo *possum* tolerari, sine absoluta noxa atque damno: *Secundo*, quid non solum *utile* sit, sed prorsus omnino *necessarium*. Juxta priorem respectum, cavendum merito erit, ne quiddam, quod quidem sœpius sine soaldo danno exit, propterea statim pro *utili*, nedum *necessario*, reputetur; Adeoque non solum pro *vera*, sed etiam vel pro *una* (sicuti certe *solida* strictè veritas, sola etiam est seu *uno*) ad hos effectus adhibenda habeatur.

LXIV.

Criterion autem huic negotio, simplicitate puto fatis luculentum, afferimus illud, ut animus advertatur, quid hujusmodi methodis verosimilis *commodi*, nedum absoluti atque directi *usus*, afferatur hisce effectibus, quod evidenter antecellat non solum *alias*, & imprimis ab hisce effectibus penitus in diversum abeunt, *methodus*: sed etiam evidentissime *meliora* officiat, quam illis subjectis evenire sentiuntur, quæ planè *nulla* medicatione, sed vel nuda moderata continentia, exitum rerum suarum expectare maluerunt.

LXV.

Perpetuo certe ante oculos habere hoc nostrum postulatum necesse est, siquidem ab eo latum unguem, quod a-junt, digredi vix licet, quin nobis ipsis, vel alis, aut ad ini-nimum utrumque, imponamus. Non enim sine causa dixi de methodo penitus in contrariam abeunte. Idest, quæ ne-que dolores stupefacere, neque somnos coactos injungere, neque acriores exagitationes humorum, & excitationes mo-tuum perpetrare, cordi habeat; Sed potius omnia hæc uni-cè ita ordinare atque observare contendat, ut priorum qui-dem plane nulla directe ratione habita, saltem posteriorum bo-no effectui invigilans, non solum nihilo sequius potiatur de-siderato bono eventu; sed etiam multo evidenter & equabilio-rem, & magis tum de reliquo, tum tota periodo, regularem eventum, toti affectui conciliet. Ut de illa spontanea, sine universis illis heteroclitis artificiis, & grorum fanatione nihil aliud superaddamus, nisi, quod illa circumstantiis molestia magis quam periculis a primis illis artificiis in solidum alienis, eventu tamen felici, si modo mediocriter attendatur computus, ista longissime anteat.

LXVI.

Imò verò pro complemento solido totius hujus nostræ animadversionis, brevibus hoc adhuc addimus, cavendum esse sollicitè ab illa imprimis *Impostura*, quantumcunque et-iā sive ratum reputetur, sive irritum, istiud artificium, ne quisquam audeat res illas, in illo forte connexas, dirimere: Dico, *Opium* sine illis fortius agitantibus, aut hæc sine illo, opinionis suæ scopo idonea existimare: Certissime enim alias experietur ingens illud primo intuitu paradoxon, quod in hoc negotio omnino neutro horum carere possit, bene vero, imò optimè, utroque.

LXVII.

Digredimur etiam ab his *speciebus* affectuum, & *Impo-sturis*, quas *Opium* in illis adornare valeat, indicando solum

quod etiam in his, Opium tanquam per *summa genera* illa
damna inferat, adeoque loco optimæ speci potius malo even-
tu utentibus imponat, qualia ubilibet patrare solet. Nempe
 1) *simpliciorem successum & progresum actuum confun-*
dat & turbet; 2) *moderationibus rebus facile inusitatam per-*
tinaciam adjicit; 3) *nunquam quidquam solidi atque stabilit,*
sed simpliciter transitorio & evanidos effectus præster, in il-
lis negotiis, quibus directè destinatur, doloribus, commoti-
nibus, vigilis: Aut 4.) si hilce rebus tanquam in solidum
subigendis, sèpius aut largius opponatur, vix unquam cer-
tissima graviora damna emanant. Sicuti denique 5) *nun-*
quam alis quam secundariis affectibus opponi debet: Inte-
 rim vix unquam 6) *sine periculo, ne primaria ingentia da-*
mma inde concilientur: Id quod 7) *tantò certius evenit,*
quando ea dos aut methodo ingeruntur, quæ nominatos illos
secundarios effectus tanquam directe subigere debeant aut
possint.

LXVIII.

Unde quidem, quicquid usquam contra has res offen-
ditur, reverè bonæ speci cuicunque certò imponit; maximè
omnium autem postrema illa perversa administratio, quando
neglecta, aut *insuperabilibus tantisper primariis affectibus*,
a quibus illa incomoda, quibus Opium destinatur, necessi-
*tate quadam consequentiæ pendent, illud his tanquam sim-*pliciter & directè tollendis adhibeat*. Quod necessario
tanta quantitate, aut toties repetendo ita ingerendum venit,
ut primario effectui ingentia illa damna, quæ indicavimus fa-
miliariter inducat.*

LXIX.

Enim vero minime ignoramus, quod hujusmodi *Impo-*
sturæ vera radix, hæreat in altera passiva deceptione, qua Sym-
ptomata in plerisque talibus, æque atque ipse totus effectus
primarius, magis reputantur pro simpliciter directis effectu-
bis causarum morbidarum; & sub his etiam omnis deflexio
motuum a naturali symmetria. Resultat directe à vanis hujus-
modi & absolute heteroclitis opinionibus, incommodissima
illa

illa altioris erroris opinto, ac si reliquo universo effectui non possit quicquam detrahi in malam, sed potius simpliciter in bonam partem, quoties aliquid, tanquam de numero *stipatorum* ipsius, cohibeatur & quoquo modo suppressatur. In cuius theses Labyrintho implicari & omnem reliquam methodum Practicam, & has etiam intentiones per Opium pathemata illa coercendi, quæ, tanquam nuda symptomata totius reliqui morbi quatenus morbus est, absolute, augere, debilitare, aut simplicissime, sine ulla bona spe conspirante aut adspirante, molestia afficere patientem, supponuntur. Hac re non melius perspensa, & verius secundum optimas intentiones & operationes *synergiae Vitalis in morbis*, rellissime intellecta; sed decepto potius per impostoram revera contrariae opinionis, animò, nunquam fieri poterit, ut illæ *Impostoræ* in medicando, quæ etiam per Opium, sonticæ atque numerosæ committi possunt, unquam recte agnoscantur, nedum ut emendentur.

LXX.

Nos, ut etiam hic edisteramus, quid de emendatione horum offendiculorum sentiamus, provocamus ad illam, ut speramus, luculentam, atque suprà omnem contradictionem positam, veritatem, quodnulla *verior* atque certior fieri possit *symptomatum sublatio*, quam si ipse morbus auferatur *primarius*: Indò quod tantundem verum est, nulla certior verorum symptomatum *mitigatio*, quam affectu primario *mitigato*. In hac re cum nulla esse possit *Impostura*, maximoperè & instantiè commendamus, ut morbi ipsi direcè, & quantum ad varem illorum *summam*, sive *curentur*, sive, *sine fuso*, *mitigentur*: Ita enim *symptomatum* quoque *mitigatio* aut *sublatio*, *vera*, *solida*, *constans*, infallibiliter sequetur: Et eorum impri-
mis, quæcunq; per Opium, mitigate communis fert intentio.

LXXI.

Ubiunque verò pro vero primario affectu, auxilium verum atque *solidum* (non ex traditione, aut vanis pharmaceutarum Encomiis a Veritate clinica alienis,) non suppetit, sed potius morbo cursum suum indulgere, & auxilium solidum à

Natura atque tempore, aut certè quam maximam partem ab his, expectare, necesse est: In illis casibus suademos, ut Medicus sibi temperet ab illis consiliis, quæ symptomata a primario affectu necessitate quadam consequentia pendentia, talibus, medicamentis aggredi suadeant, quæ primario affectui quodcunque impedimentum ulterius, imprimis autem deterius, objicere possint, quam illud est, quod hac ratione auferre laboreris.

LXXII.

Non puto supervacuum esse, etiam illud monere, immo iterum iterumque commendare, ut nunquam per Opium, circa symptomata quidquam aliud perficere animo proponatur, quam moderatissimam, nequaquam autem eximiā, mitigationem, nedum prorsus ablacionem. Offensio circa hoc objectum, est revera architectus plerorumque, immo vero gravissimorum quorumlibet ex Opio damnorum.

LXXIII.

Proxime absimus à scopulo, in hoc pelago vorticosisimo, ad quem vere plerique, etiam admonitiones reliquas non temere adsperrantes, communiter naufragium, aut sine damnosam passim iacturam, facere obliterantur. Auger infamiam taxi Sirenum cantus. Distinctiunculas illas intelligimus reverà passim nefariè & per Impasturam formatas, inter Opium crudum, maleficum; & correctum, cicuratum.

LXXIV.

Quod alias hypocrisis in ponendis passim gravibus offendiculis valet, id sane hic etiam perdite facit. Quem enim non inducat in bonæ fidei crudelitatem, prolixa non solum confessio sed professio & accusatio omnino, quod Opium pestilorum facinorum sit compos; & huic statim adjuncta pollicitatio, quod præstd sit tale artificium, mediante quo ipsi omnis illa malefica energia eripi possit: Manentibus interim exoptatissimis illis viribus, quibus simpliciter ad naturalem plane tranquillitatem reducat sensuum atq; motuum tumultus. Talia pollicenti, reverà non incivile solum, sed vix non injurium esset, fidem denegare, cum assertio ejus utique simpliciter ferat

517

103 (39) 88

rat oppositum ejus quod maximè timetur, eoque metuendum
facit hoc medicamentum.

LXXV.

Nos dicemus in hoc genere partim quod *intelligimus*,
partim quod *Experientia* compertum habemus. *Intellectus*
dictat, quod optima omnium medicatio sit, quæ affectum
ipsum primarum tollat aut mitiget, ne habita quidem ratio-
ne, imo ita etiam per nullam necessitatem habenda, Sympto-
matum seorsum. *Intelligimus*, quod quæcunque sublevatio
symptomatum, affectu primario sublevationi non auscultante,
revera sit res *inanis*, & nisi pessimorum morum patientibus, ne
quidem serio exoptata aut in solidum grata; si cum qualicun-
que periculo sinistri successus connexa sit, etiam multis modis
minus consultata, quam omissione ejus, nullum primario effectui
verum detrimentum afferens.

LXXVI.

Compertum habemus, quod vix non semper etiam fieri
hoc possit, ut *vera methodo*, & idoneis medicamentis, affec-
tus primarius ita mitigari possit, ut etiam *symptomata* mi-
tiora, & minus immoderatae indolit tolerabilia satis, universo
etiam reliquo decursu morbi atque medicationis planissi-
mam lenitatem relinquant. *Comperimus* habemus, quod etiam
alia suppetant medicamenta, quæ symptomata ad toleranti-
am mitigent, mitigent inquam, non solum sine *deterimento*,
sed revera etiam cum *emolumento* primariorum affectuum.

LXXVII.

Compertum habemus, quod illæ inter vulgus Medicorum
famosæ *Opii correctiones*, sint falsæ; & ad summum ni-
hil aliud efficiant aut inferant, quam ut non tam parva *quan-*
titate effectus illos suos exerat; minimè vero, ut minore re-
liqua narcoseos, *stuporis* atque *perurbationis* energia polle-
at. Si quod res est dicere sit integrum, asseverare certe pos-
sumus, quod de illis *Opii cicurationibus*, quæ in publicum
exscriptæ ad nostras manus pervenerunt, nulla adhuc occur-
rerit, quæ ab hac censurâ, *Experientiae* testimonio, eximi-
me-

meruerit. Per additamenta vero, cicurari non nihil posse Opium, compertum quidem habemus: Interim in sensibilioribus affectionibus, & subjectis, tamen neque haec satis impedire posse, quin maleficæ Opii indolis vestigia, plus minus jalata, hærent, compertum pariter utique habemus.


LXXVIII.

In tanta itaque rerum perplexarum implicacione, tuum consilium fuerit optimum, abstinere: Et hoc idem etiam facillimum. Proximum, circumspetissime in his rebus versari: sed puto difficillimum propter præsupponendum habatum prudenter circumspiciendi. Huic tamen etiam difficultati subsidiū non contemnendum erit, non locum dare Opatis, nisi ubi vere, iterum dico & iterum, vere, urgeant symptomata. Quid autem sit, urgeant symptomata, e Sylvia dogmatibus non hauriendum esse, præmonemus.

LXXIX.

Quicquid autem aduersus has, & ipsarum rerum circumstantias, & experientiae suffragia, & candida pluriū circumspetorum Practicorum monita, temere & præstrepere, usui Opī intemperanti indulgetur, illud merito ad tertiam Classem *Imposturæ per Opium* rejicimus, quam modestiæ causa abstinimus ad justum centum citare: Veniet forte tempus ad posteritatem, omnibus votis merito præcipiendum, quo ejus generis facinora, severiore quam nudarum dehortationum energia, compescantur. Fauxit DEUS! cui laus & gloria sempiterna.


T A N T U M.



Halle, Diss.) 1707 fl-Sto



Mit R-19a
nicht runden



Farbkarte #13

DISSESSATIO MEDICA INAUGURALIS,

D

IMPOSTURA OPPI,

Quam

DEO BENEDICENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

**DN. PHILIPPO WILHELMO,
PRINCIPÉ BORUSSIÆ, MARCHIONE BRAN.
DENBURGICO CETERA,**

IN ALMA FRIDERICIANA

CONSENSU ET AUTORITATE ILLISTRIS ET GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ,

PRÆSIDENT

**DN. GEORGII ERNESTI STAHL,
MED. D. ET PROF. PUBL. ORD. h. t. DECANO.**

DN. PATRONO, AC PRÆCEPTORE OMNI OBSERVANTIA DEVENERANDO

PRO LICENTIA,

Jura & Privilegia DOCTORALIA, majorum more, assumendi,

allumehd
to S. Lili

Publice stabilitum ibit,

Ad d. Julii MDCCVII. horis ante & pomeridianis
**JOHANNES GEORGIUS Brunschwic
VRATISL. SILES.**

HALÆ MAGDEB. LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYP.